NOue sunt pcca aliena
quorum si pator in uno
in morte deprehensus
fuerit sit dampnatur
licet si propria pro licet
hoc nobis videatur mira
bile quod homo dampnatur pro alienis
sit propriis Ideo omnes sollicite distincte no
uerunt esse genera hominum que breuiter dicam
qui dampnantur pro alienis pctis Unde
quod noue sunt aliena pcca. Primum est
pm iussio cum quis iubet alium peccare ut
obligacio. dns qui iubet famulum vel pr
qui iubet filium vel et dna qui iubet an
cillam hec facere que sunt contra caritatem
dei et proximi Sicut rustici qui iubent
suos dampna inferre proximis cum pecori
bus suis in gram[i]nibus vel in segetibus
Vel dna que iubet ancillam ad pratum
alterius ire et ibi gramina carpere quod mi
hi cognoscit contra voluntatem illius et sic
alijs iussionibus illicitis et hic sic iubens
et obediens ambo dampnabuntur Unde
prouerbio 18 Socii pena sunt eius cum quo affligitur
Unde clerici tenentur ad restitucionem Ra
deo quod quis probabiliter credit ex
iussione sua secuta racione ablacione vel
nomine suo factam ratam habuit alias non
2m Secundum pctm alienum est consilium. quod
cumque ergo alteri consulit sine suo superiori
siue pari siue suo inferiori vel alio mo
quocumque dampnabitur cum eo qui ope perficit
Unde pereunt mali consiliarij dnorum
qui suadent guerras rapinas exactio
nes. vel alij qui suadent fornicaciones
et furta vel huiusmodi et alijs quibuscumque mal
consilijs contra deum et proximum caritatem dige
tibus quia rei erunt omnium peccatorum et ma
lorum que ex consilio eorum perpetrata sunt
vel perpetrabuntur et illorum pena semper acci
dentalis augmentabitur usque ad nouissimum
diem si sic decedunt. Ergo quilibet
sibi caueat a consilio et doctrina
mala quia talis coram deo homicida re
putabitur Unde augo super iohem homicida
dyabolus dicitur non quod gladio armatus
vel ferro cinctus ad hominem veniat sed
quia malum verbum seminauit. Noli ergo
pu[tar]e te non esse homicidam cum fratri tuo utique ma
la persuades Item clerici consiliarij
ut communiter turpi morte moriuntur Sicut
de amon hester 3o qui fuit suspensus ad
patibulum quod preparauit mardatheo
Item patet de principibus qui dederunt con
silium contra danielem ut mitteretur in lacum
leonum qui postmodum per se missi fuerunt
in lacum et sic a leonibus deuorati ut
habetur danielis vi Item patet in architofel
qui malum consilium dedit contra dauid et
postmodum se ipsum suspendit ut habetur
2 Regum 18 ideo sollicite cauendum est a ma
lo consilio quia ut frequenter malum con
silium supra ipsum deuoluetur Item tempore per
secucionis xpiane fidei fuit quidam co
siliarius perusius qui consuluit tyranno ut
faceret fieri thaurum eneum. et in medio lateris
ipsius thauri faceret magnum foramen cum
ostiolo cum quo clauderet et sic xpianos
intus poneret et ignem subtus thaurum
poneret et sic a xpianis intolerabiles et lame
tabiles voces audiret cum ab igne et
calore torquerentur Quod tyrannus vo
lens experiri consilium eundem perusium
imposuit et sic secundum deum ecclesiastici 27
facienti consilium nequissimum supra illum
3m deuoluetur. Tercium pctm alienum est
consensus vicz cum quis ex corde diligit
malum quod alter facit proximo et fouet
et tales digni sunt morte Una nul
li placere debet illud quod deo maxime dis
plicet hoc est pctm et iniusticia Ergo
si non iussisti nec consulisti sed solum
consensisti ad mala facienda que sine
tuo consensu non fuissent perpetrata
reus eris omnium illorum malorum male
factorum et dampnaberis cum male facie
tibus Unde Ro 2 digni sunt morte
non solum qui faciunt sed qui consentiunt
malefacientibus. Verbigracia cum non iubes
aliquem ludere nec consulis sed solummodo
consentis in hoc rursus eius Sicut pr et
mr non iubent filium vel filiam choizare
sed consentiunt in hoc ut cum Unde supra
tum est Consencientes et facientes
pari pena puniendi sunt. Quartum 4m
pctm alienum est adulacio Et sunt
isti qui pcca commendant in hominibus qui
male faciunt per hoc amplius dampna
buntur Nam qui ita laudat vel adu
lantur male facientibus ita rei erunt
quodammodo sicut illi qui faciunt Primo
contra cum aliquis peccat increpari et non
laudari debet Io iam apostolus adulatores
et laudatores peccatorum mali confortat

[deceptione bonorum] in maliciis et propter defensionem malorum homines verecundantur facere quod est miserabile audire et ideo tales principes sunt omnium malorum istorum. Et tales valde reprehensibiles sunt nam pervertunt ordinem recte racionis in hoc quod laudant illud quod reprehensibile et illicitum est et vituperant etiam subsannant id quod salubre et laudabile est. et propterea tales sunt maledicti adeo ut habetur ysaie 5. Ve vobis qui dicitis bonum malum et malum bonum ponentes tenebras in lucem et amarum in dulce et dulce in amarum. Quare putatis quod iam tanta fecerit quam vicit habeant peccata etiam nescientes nisi quia laudantur in hiis que faciunt et ideo non cognoscunt se esse peccatores sicut coram deo sunt et ita decipiuntur. Unde ysaie et erunt qui beatificant et qui beatificantur precipitati. Unde etiam seneca Malum hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse. habet enim suum venenum blanda locucio. Ideo nolite laudare malum et deridere bonum quia hoc est unum de summis periculis in ecclesia dei. Unde augustinus super psalmos Duo sunt genera persecutorum scilicet vituperancium et laudancium. sed plus persequitur lingua adulatoris quam manus persequentis. Unde etiam ieronimus super psalmos nichil est quod tam facile corrumpat mentes hominum sicut adulacio plus enim nocet lingua adulantis quam gladius persecutoris. Hoc cognoscitur ex eo quod adulatores ligant homines in peccatis delectat enim facere ea in quibus non solum non metuunt reprehensori sed etiam laudatorem operatores. Item tales adulatores ponunt et consuunt pulvillos sub capite iacentis in peccatis. Unde ezechielis Ve qui consuunt pulvillos. Et gregorius ubi dicit gregorius in omelia super ezechielem Quasi male agentibus adulatur pulvillum sub capite iacentis ponit. ut qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus iaceat quiescat

adulatores

Sequitur videre quomodo mali in maliciis suis laudantur et virtuosi in virtutibus irridentur. Pro quo sciendum quod vicia per adulatores acquisierunt sibi virtutum nomina. Nam superbia in edificiis vestium cingulorum calciorum et omnium exteriorum gestorum ab ipsis honestas est nuncupata ut dicendo quam bene decorat te ista tunica vel ista vestis quam pulcher es in facie quam bene decorat et illud peplum. quam pulchre incedis etc. Item avaricia nominatur providencia ut quis die noctu quod omnibus viribus laborat pro acquisicione rerum temporalium sive iuste sive iniuste vel quocumque modo potest sive sit cum deo sive contra deum nimium curans. omnem sollicitudinem suam adhibens quomodo possit temporalia congregare et cum tanta aviditate quod nunquam etiam satiatur. et in hoc comparatur inferno. Unde augustinus ad quedam [...] Avarus inferno est similis. 3o dissolucio socialis iocunditas est nominata. ut quis conformat se aliis moribus sive in bonis sive in malis sive licitis sive in illicitis sit in chorizando saltando in ludendo etc. et talis ab adulatoribus non nominatur dissolutus. Quarto astucia ab ipsis adulatoribus prudencia nominatur ut quis sit astutus in mercanciis et in aliis suis negociis lucrum mentiendo et decipiendo fraudando et rufando proximos. Quinto lapsa consciencia libertas animi nominatur ut cum quis sine timore dei vivit nichil curans et timens deum in cogitacionibus locucionibus et in operibus et sine timore dei peccat et que delectabilia sunt carni perpetrant tales leti ab adulatoribus nominantur. Sexto garrulitas affabilitas nominatur ut cum quis est garrulosus sive vir sive mulier scurrilia verba proferens non curando utrum deum in hoc offendunt tales nominantur solaciosi

Sequitur videre quomodo virtutes et virtuosi irridentur. Et primo cum quis est abstinens et totaliter parce vivere et tamen in necessariis contentus esse. Talis abstinencia avaricia seu parcitas nominatur qui non audeat uti de bonis sibi concessis. cum tamen talis non propter parcitatem non dimittit sed quia scit se redditurum racionem esse de omnibus creaturis quorum usus sit ideo abstinet. Item si humilitatem diligit exemplo christi qui dicit discite a me quia mitis sum et humilis corde humilitatem servando in verbis in factis et mittitur scandalum cavere timens illud domini christi Mathei xviii Ve homini per quem scandalum sit. talis ab amatoribus huius mundi ypocrita nominatur. Tercio maturitas cum quis mature incedit in verbis et in factis cavens levitatem monstrans ostendere

tur talis maturitas amaritudo nominatur
Quarto que est devocionis .i. cum quis mittit
expellere extraneas occupaciones et deo
quietum et tranquillum cor offerre. tunc talis
quies devocionis pigricia nominatur Quinto
simplicitas scilicet cum quis secundum prophetam in
simplicitate cordis querit deum et secundum
dominum per studet simplicitati columbe unde
tunc talis simplicitas nominatur. et talis a
mundi amatoribus deridetur Unde iob
deridetur iusti simplicitas Sexto timor
dei religiosa consciencia nominatur cum scilicet deum
pre oculis habet in verbis et in factis timens
deum offendere. talis non dicitur timorosus sed erro
neus in consciencia Nono fugere publicum
et malam societatem singularitas nominatur
ut cum quis vult sibi cavere a mala societate
advertens illud dictum Cum sancto sanctus eris.
cum perverso perverteris. tunc talis singularis
et despectio proximi nominatur Octavus si
quis iusticiam querit et exigit tunc talis
impaciens et austerus nominatur Nono si quis
graciam hominum habet tunc adulator nominatur
Decimo si quis corrigendi et informacionem
proximi intendit tunc presumptuosus dicitur
7 Quintum peccatum alienum est fautor
sus et sunt illi qui tuentur
malefactores et ad quos spectat
remissum obligant Aliquis furatur et hic
apud quem furtum abscondit. vel raptor
rapina. Vel cum quis tuetur malefactorem
non permittendo de ipso fieri iustum iudicium
et multa huiusmodi Ergo si es potens et in
consilio tuo tueris raptores cum rapi
nis eis omnium illorum peccatorum quia non essent
tot raptores si non essent tot tutores
Et de hiis conqueritur dominus per ysaiam Ra
pina pauperum in domo tua Bernardus
quicquid in domo tua committitur quod est contra
deum ab hiis quos hospicio recipis
scienter reus eris omnium malorum illorum.
6 Sextum peccatum alienum est participacio
in peccatis alienis videlicet cum quis partem habet in
lucro peccati et per consequens partem habet in pena
ut qui scienter emunt rapinam vel fur
tum vel inde comedant vel bibant
tales enim tenentur ad restitucionem inquantum
de hiis iniustis acquisitis usi sunt. eciam
si octo vel x comedissent unam aucam
furatam quilibet tenetur restituere quantum
ad ipsum pertinet Aliter intelligendum est
de hiis que a iudeis dono vel munusculo ac
cipiunt que ab aliis per usuram receperunt
et tales tenentur restituere non ipsis iudeis
sed illis a quibus vi per usuram extor
serunt si illorum noticiam habent Sin autem tunc
secundum consilium confessoris dent illa dei
pauperibus Idem dicendum est de luso
ribus qui bona per ludum participant
quia omnes tales tenentur ~~restituere~~ satisfa
cere secundum consilium confessoris prudentis
et intelligentis de facto illo tamen ludum
Ergo nullus debet cum lusoribus bibere
nec comedere ut ab eis aliquid recipere Ad
limine vel alias modo quocumque Item iudi
ces qui permittunt pacem vel omnium moram
propter pecuniam et alii quamvis plurimi qui par
ticipant quotidie modo scienter in lucro
peccati ut uxores et pueri scienter hec tales
male accquisita Nam tunc uxores quam pueri
sacerdotis belis ab igne combusti sunt ut
legitur in daniele Septimum alienum 7
peccatum est cum quis mutus est in peccato quod
corripere et reprehendere tenetur. Unde
quibus committuntur subditos ut prelati et patres
familias ut subditos et filios corripiunt
prout tenentur et expedire videntur
pro loco tempore una cum ipsis peccant Unde
legitur de sacerdote heli i Regum ii Cum
non correxit filios suos inique agentes
vel quia tacuit. vel quia tepide correxit.
punitus est hic per mortem corporalem quia fractis
cervicibus cadens de sella retrorsum ex
spiravit et si est in inferno non invenimus aliam
causam nisi quia filios suos non correxit ut
debuit Preterea quod dominus eum subitanea
morte interfecit. Unde filii a parentibus
et layci a prelatis suis reprehendunt
nequaquam ipsi vel subditi indignentur
nam ad hoc tenentur alios dampnarentur
Unde eze. 3o si dicente me ad impium
morte morieris .scilicet pro tua superbia avaricia
luxuria et tu non annunciaveris
ei neque locutus fueris. ipse in iniquitate
sua morietur sanguinem eius de manu
tua requiram Octavum peccatum alienum 8
est non obstare peccatis et hoc spectat ad
prelatos et ad presidentes. Unde vos pre
lati et domini qui subditos vestros non
cohercetis sed permittitis eos inferre rap
inas pauperibus pullos aucas ancetas
pecoralia eorum fruges auferre equis
vestris in pabulum. consumare fructus
ortorum vinearum furari. vel vi accipere
pauperes vituperare pariter ledere

videre et male tractare et huiusmodi non
prohibetis vos dampnabimini Unde Ezechielis
dicit dominus prelatis Non ascendistis
ex adverso neque posuistis vos murum pro
domo Israel ut staretis in domo domini
Unusquisque enim rectores ad hoc statuti sunt quod
unusquisque terra sibi subiecta in pace te-
neat. et si forte ipse vero et prelatos non
spoliat subditos et tamen non resistit et
si esset terra vestra ita ampla sicut mo-
dicum ultra mare omnia peccata que sunt in ea
per raptores quibus resistere posset tunc
de omnibus hiis coram deo redditurus
est racionem Item vos presbiteri familias si
filii vestri vel familia tua mala perpetrat
dampna inferendo proximis et si eos
pro posse non emendatis et si multa bona
opera faceretis ieiunando orando vigi-
lando elemosinas dando et huiusmodi non-
minus dampnabimini Cum putatis quod
deus contulerit hominem homini nunquam ad
honorem istorum et delectationem illorum
non sed unusquisque ad deo ad hoc potestatem
accepit ut mala secundum vires prohibeat
et suos subditos ab incursibus malorum
defendat. unde si presidentes non prohibent
mala et non faciunt dampnabuntur
97 Nonum peccatum alienum est non manifes-
tare peccata hominum ad corrigendum et
ad emendandum Unde quicunque scit
periculum alterius et non premunit sive
in causa sive in rebus cum tamen bene
posset illum premunire reus erit si hoc
non fecerit Sicut si scis aliquem pec-
care et posses hoc manifestare quod ipse
dicetur et emendaretur si non faceres
reus esses Item si scis rem furatam
tamen aliquem iniuste tentam et non vis
domino rei publicare ut suam rem
rehabere posset cum tamen hoc commode et lici-
te posses reus eris coram deo in illo
peccato Item si unus inferret damp-
na proximo in prato sive in agro sive
in orto et si proclamares eundem
tunc talis sic proclamatus cessaret
a dampno inferendo et nolles hoc
facere in subsidium domino rei. tunc reus
esses coram deo Item si quis vellet
aliquem iniuste capere et bono mo-
do illum premunire posses et non faceres
reus esses Item cum videres aliquem
occulte peccare et posses hoc mani fe-

illi qui posset prodesse et emendare
ne hoc ille iterum peccaret et nolles hoc
facere sed sic simulares tunc esses par-
ticeps illius criminis Sed aliqui dicunt
cum aliquid iniusta fieri vident quid hoc
pertinet ad me Respondeo quod ex precepto fra-
ternitatis quilibet tenetur premunire
periculum sui proximi corporis et anime
cum hoc commode posset Item si vides
cecum tendere contra foveam et non premuni-
res eum homicida illius esses coram
deo si in foveam cadet et sic moretur
Item cum in synode precipitur omnibus in
eadem parrochia existentibus ut mani-
festent crimina publica ad corrigendum
ea quod quidam non curant et ideo se ipsos
inseparabiliter dampnant. ergo quicunque causa
consanguinitatis vel familiaritatis. vel
causa lucri non prodet peccatum quod creden-
dum esset et in iura puta symoniam
committeret et sic mortaliter peccaret Item quicunque
sciret hereticum sive phythonissam et
non prodet mortaliter peccaret Crimina me-
lius esset tales corruptores fidei pro-
dere prelatis [illegible] qui die in pane et aqua
ieiunare

Explicit peccata nove aliena

Incipiunt quedam notabilia de venia-
libus peccatis